

Stanislaus Augustus Dei Gratia Rex Poloniae,
Magnus Dux Lithuaniae, Ruspiae, Prussiae, Masoviae
Samogitiae Kijoviae, Volhyniae, Podoliae, Podlachiae
Livoniae, Smolensciae, Severiae, Cernichoviaeque

S

ignificamus presentibus Literis nostris quorum interest Universis et Singulis. Quod cum Bona stabilia seu solistantia post suppressionem Instituti Patrie Societatis seu in Regno nostro liusque Provincijs consistencia in presentibus Comitjs Regni sub Generali Confederatione celebratis per Constitutionem specialem ita sint disposita, ut per Nos hereditas illorum ei conservetur, Cui per pluralitatem votorum in Commissione eointuita designata agnita fuerit et qui sufficiens pignus per inscriptionem in Bonis suis proprijs aut Summis pecuniarijs vel in defectu praemissorum Cautionem idoneam praestiterit; attento itaque Testimonio Reverendi Praesidis Commissionis manu subscripto favore Generosi Stanislai Lotoski Succamerarij Palatinatus Cracoviensis et Nuntij ad Comitja moderna ex eodem Palatinatu pluralitatem votorum ad acquirendam hereditatem Bonorum Villa Zagorany cum Taberna in Oppido Opatowice et propinatione in illa in Palatinatu Sandomiriensi jacentium habentis, ac in altero puncto quo ad pignus sufficiens nexui memorate Constitutionis coram Commissione praelibata satisfaciente eidem ipsiusq; Successoribus supra nomina Dona Villa Zagorany cum Taberna in Oppido Opatowice et Propinatione in illa hereditaria cum Omnibus eorundem Bonorum attinentijs fusius in Lustratione comprehensis utilitatibus, usibus, fructibus, proventus commodis et obventionibus aedificijs, Agnis, Pratis, Campis, Sylvis, nemoribus, Stagnis, Piscinis fluminibus ac quorumvis aquarum decursibus, molendinis, molendinatio-

ribus

ribus, Tabernis, Tabernatoribus, Subditis, Cnethonibus, Hostulanis, Inquili-
nis in Bonis supradictis existentibus, et ubique reperibilibus pecoribus
pecudibus totaq; eorum suppellectili Domestica Datij tributis, Censibus
dierum laboribus vigilijs cunctaq; obedientia subditorum per suos me-
strari solita cunctis Deniq; pertinentijs antiquitus ad eadem Bona Villa
Zagorzany spectantibus nullis penitus exceptis sed ita late longe et cir-
cumferentialiter prout in suis metis et limitibus extant et extabant
jure perpetuo hereditario et irrevocabili Donationis titulo etiam cum
jure Patronatus presentandorum Parochorum ex lege et usu antiquo si
aliquot ejusdem Bonis Zagorzany competat danda, Donanda, et conferen-
da esse Duximus prout presente Diplomate nostro damus, Donamus
et conferimus in perpetuum. Vigore cujus Donationis Collatae perpetuae
nostre idem Generosus Stanislaus Leforski Succamerarius Cracoviensis
Ejusque Successores prefata Bona Villa Zagorzany cum Taberna in
Oppido Opatowice et propinazione in illa in possessionem suam
per officiosam Intromissionem apprehendenda tenebit, habebit et possi-
debit, Successoresq; eius tenebunt, habebunt et possidebunt perpetuo
et in eum. Cum ea nihilominus speciali Conditione ut praeter Onera
publica Censu supranominata Constitutione Ordinatus et per Com-
missionem designatam impositus videlicet in quota Mille Sexcento-
rum Viginti Florenarum Polonicae monetae in Regno currenti
nunc per medium ad Dispositionem suprafata Commissionis iuxta
exhibitam quaeestionem solutus in part a Moderno Donatario eiusq;
Successoribus et Heredibus anticipative Duabus Ratis una pro festo
Sanctorum Trinum Regum imminente, altera pro festo Sancti Jani-
nis Baptistae ejusdem Anni, et sic consequenter quovis Anno ad Era-
rium Commissionis Educationis Nationalis penitetur et solvatur.
Ceterum promittimus pro Nobis Fratribusq; Successoribus nostris quod
eundem Generosum Stanislaum Leforski Donatarium nostrum illiusq;
Successores in pacifica hereditaria saepedictorum Bonorum posses-
sione

sione ac usu fructu eorum non impedimus, nec a quopiam impediri per-
mitteremus Successoresq; nostri non impedient, nec impediri permittent, qui-
nimo ipsum et eius Successores in jure et possessione hereditaria conser-
vabimus, manutenebimus et tuebimur, Successoresq; nostri conservabunt,
manutenebunt et tuebuntur. Quod Omnibus quorum interest presentem
vero Officij et Subsellij Regni nostri quorum Jurisdictioni premissa
Bona subiit notum esse volentes mandamus ut supra memorata Bona
Generoso Stanislae Leforski Succamerario Cracoviensi Donatario nostro
in realem possessionem per officiosam Intromissionem tradant, atq; praesens
Donationis nostra Diploma in toto exequantur illudq; et ipsi observent, et
ab alijs observari et conservari curent pro Jacta nostra et Officij debito.
In quorum fidem praesentes Manus nostra suberat Sigillo Regni communi-
ri jussimus. Datum Varaviae Die VI Mensis Octobris Anno Domini
MDCCCLXXIV Regni vero nostri XI Anno

Stanislaus Augustus Rex

Diploma Donationis perpetuae
Bonorum Villa Zagorzany cum
Taberna in Oppido Opatowice et
propinazione in illa in Palto Sandomi-
riensi sicut Generoso Stanislae Leforski
Succamerario Cracoviensi datur

Antonius Silorski Secre-
tarius et Sigilli majoris Domini Cracoviensis

100


Actum Racoviae coram Actis Terrestribus,
Feriâ Secundâ s^t Dominicam conductâ Vascha
proxâ die scilicet 27. Mensis Aprilis Anno Dni

1786

presentis Diplomatis sub hoc Actu subsequenda

Oblata.

quod attestor Nicodemus Rudowski
Vicarius Cuius scilicet
Ced



RRP 1234/m

473.